

In secundā peregrinationē ab Jerusalem
per solitudinē in montem Synai ad sanctam
Katherinam p̄fatio cōmendatīcia incipit fe-
liciter.

Quisquis veteris instrumenti sa-
cras legit historias et p̄thatheu-
cum p̄sertum atq; ioseph volumen
crebro reuoluit. haud poterit ig-
norare neq; ammirari satis. ma-
gnificentia glorie sanctitatis dei. et mirabilia
opera eius. virtutem quoq; terribiliū suorum.
memoria deniq; habundantie suauitatis eius.
quibus omnibus deus ipse cūctiprens desertū
illud inuicium et vastā solitudinē. in qua erat
serpens flatu adurens. Dipsas et Scorpio. atq;
plurima mortis imago. illustrauit. magnifi-
cauitq; dum filios israhel in terram quā iu-
rauerat patribus eorum Abraham Isaac et
Jacob. per longissimos vie circuitus introduxit. in mansionibus qua-
draginta diebus. precedens eos in columna ignis p̄ noctē. et in colum-
na nubis per diem. panem quoq; de celo prestans eis omne delectamen-
tum et omnem saporem suauitatis in se habentem. Nam et petram per-
cussit in deserto Synai. et fluxerunt aque in habundantia. ita ut homi-
nes biberent et iumenta. Pars enim domini populus eius. iacob sumi-
culus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta in loco horrois et
vaste solitudinis. Circūdūxit eum et docuit et custodiuit quasi pupi-

duabus //